



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXXXI. De Adventu peregrinorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus Sack XVI. Magister Prov. in Prussia.*

vvinos, & L. homines Christianos de ipsorum manibus eruc-
runt. Reliqua turba infidelium evasit.

CAP. CCLXXX.

De

Terræ motu in terra Pruschiæ.

Hoc etiam anno VI. Idus Augusti hora quasi tertia fuit (a)
terræ motus per totam Pruschiam. Tribus vicibus quatic-
batur terra cum ædificiis, quod vix aliquis à casu se poterat con-
tinere. Quid autem iste terræ motus innaturalis significaverit
in sequentibus apparebit.

ANIMADVERSIO.

(a) Nunquam aliàs terræ motus in Prussia observatus esse legitur.

CAP. CCLXXXI.

De

Adventu peregrinorum.

Anno Domini MCCCIV. pe-
regrini de Alemannia inspi-
rante Domino incœperunt ter-
ram Pruschiæ iterum visitare. Et
venerunt Nobiles viri, Dominus
Wernerus Comes de Homberg,
Adolphus de Wintmel cum fra-
tre suo, & Theodoricus de Elner milites cum fratre suo Arnol-
do, & plures alii Nobiles de Rheno.

*Anno Domini MCCCIV. circa
nativitatem ejus tanta fuit aqua-
rum inundantia, quod homines
putabant se diluvio perituros.
Ambo pontes Parisiis corruerunt,
sic quod nullum ipsorum vestigi-
um remaneret, & plura in aliis
Provinciis damna fecit.*

Yy 2

CAP.